

1524. i. 10. Augusti

195

Edictum ut nobilitas decimum  
quemque ad bellum expediat.

63

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae etc.  
Universis et singulis proconsulibus, con-  
sulibus, et communitatibus civitatum, et  
oppidorum tam nostrorum regalium,  
quam etiam subditorum nostrorum, in  
regno nostro, et praesertim in terra N. et  
districtu N. ubilibet existentium, fidelibus  
dilectis gratiam nostram regiam. Fideles  
dilecti. Jam non est vobis incognitum,  
quam afflicta sit hoc tempore respublica  
nostra, et quo in periculo versatur. Duo  
enim potentissimi exercitus Turcorum et  
Tartarorum terras Russiae peragraverunt, fer-  
roque et igne crudelissime vastarunt, edoc-  
murque ab exploratoribus nostris, quod ter-  
tius exercitus hostium propediem finis re-  
gni nostri sit ingressurus, et similiter  
dominia nostra devastaturus. Quapropter nos  
volentes, pro debito officii nostri, salutis ac  
defensioni regni, et subditorum nostrorum  
deesse, omnem militiam et nobilitatem  
movimus, ad occurrendam et arcendum im-  
petum hostium advenientium. Insuper deci-  
mum quemque hominem, magis valentem  
et robustum, ex omnibus villis tam no-  
stris, quam subditorum nostrorum expedire  
iussit.

iussimus ad hanc communem necessita-  
tem. Nos ipsi etiam hinc egrediemur, per-  
sonam nostram regiam, omnesque vires et  
facultates nostras pro salute et conserva-  
tione reipublice exposituri, datuque ope-  
ram, ut nos regnumque nostrum cum  
Dei auxilio tueamus. Vobis vero manda-  
mus et severimè præcipimus, ut mox  
vixis presentibus, deumum quemque homi-  
nem peditum, valentem et armis necessa-  
riis instructum, de civitatibus, oppidis et  
bonis in iure nostro civili consistentibus  
omnino expediatis, vel adhuc in maiori  
numero hominum si potestis, presentissi-  
mo regni periculo alacriter subveniatis, et  
eisdem vestros homines ac gentes, apud N.  
pro feria secunda ante festum sancti Bar-  
tholomei proxima, statuere et representa-  
re curetis, ita expensis necessariis et via-  
tico provisos, ut inde quo necessitas po-  
stulaverit, alterius absque damno et incom-  
modo subditorum nostrorum proficisci, et  
hostibus se viriliter opponere possint. Et  
ne aliqua civitas vel oppidum de premis-  
sis suam ignorantiam prætendat, volumus  
et mandamus ut una civitas ad ali-  
am sibi vicinorem, et unum oppidum  
ad aliud sibi vicinius presentis nostras  
litteras, post earum lecturam, quam pri-  
mum transmittat, ultima vero civitas

vel

1524, 10. August

197

vel oppidum, illas loci capitaneo represen-  
tet, sub omnium bonorum suorum a-  
missione non aliter factum. Datum Cra:  
iovic die sancti Laurentij, anno Domini  
millesimo quingentesimo vigesimo quar-  
to, regni nostri anno decimo octavo.

